

*ne, et natuuitate usurpatur; haec enim omnia nos ad aliquid faciendum proclives reddunt.*

LIII. Verum hae proclivitates non ita comparatae sunt, ut homini libertatem auferant. Potest enim principiis obstat, melius expendere agendi momenta et inclinationes malas in bonas commutare.

LIII. Ad id attendere neglexerunt non pauci, qui propriam hominis naturam, quae in ratione posita est, cum propensionibus contractis confundere, et falso ex fundamento, quae homini naturalia sint, deducere non dubitarunt.

LIV. STATVS est complexus determinationum, quae de re quadam ut existentes enuntiari possunt; et primo in naturalem, et praeternaturalem, seu aduentitium abit; dein naturalis est absolutus, vel hypotheticus, tum essentialis, et non essentialis, seu naturalis in specie; uterque vero vel internus, vel externus. Et inde quid etquotuplex sit corporis, animae et hominis status, colligendum.

LV. Praeterea determinations, quae non pendent a libertate, statum physicum, quae vero ad actiones liberas, seu MORES referuntur, statum moralem constituunt. \* Hic iterum consideratur vel ut antecedens ad actiones, vel consequens, tum antecedens, vel ut perfectus in homine rationis compote, vel imperfectus, \*\* in infante aut demente, &c.

## CAPVT II.

### *De obligatione, lege, et iure generatim, ac singulatim naturali.*

LVI. Status animae humanae situ corporis, et organorum constitutione plurimum pendet, mutabilis porro

\* Cicer, de fat. init.

\*\* Vid. Exercitat. meam de nat. statuque hominum morali.

ro est, finitus atque contingens, et plae diversus à natura entis infiniti; cui ratio distinctissima, voluntas liberrima omniumque perfectionum complexus tribuendus est.

LVII. Id, propter quod causa efficiens et intelligens aliquid agit, ut ipsum sit vel fiat, *finis* dicitur, qui vel *remotus* est, vel *intermedius*, vel *ultimus*. Quod vero rationem continet, cur *finis actum* consequatur, *medium* nominatur.

LVIII. Quum Deus mundi de se fortuiti causa liberrima sit ac sapientissima: fieri non potuit, ut hoc vniuersum adeoque hominem eiusque facultates frustra ex nihilo protraheret, et non ut aliquem vel remotissimum finem spectaret.

LIV. Nec difficile est etiam finem ultimum inuenire, siquidem tota mundi machina Dei existentiam, aeternitatem, infinitonem manifestat, quo fine quum nihil diuinae bonitati conuenientius sit, omnes reliqui fines ad huncce veluti extreum scopum referuntur.

LX. Quaecunque hominis actio aliquam mutationem veluti causa effectum producit; quae si cum scopo hominis essentiali consentit, bona est, si dissentit, mala.

LXI. Bonitas haec et malitia rationem sufficientem habet in ipsa actione et ex eius notis essentialibus per quas nimirum tanquam talis actio concipitur, intelligi et demonstrari potest, est ergo naturalis atque interna.

LXII. Porro bonitas vel malitia *physica* est, quae ex actionis materiali, id est vi, motu et arbitrio animalibus communi prouenit, quae vero ex actionis formalis, id est dependentia a libertate oritur; est *moralis*. Neque tamen vtraque bonitas vel malitia ita coniunctae sunt, ut una ab altera nequeat separari.

LXIII. Quae bonitate vel malitia morali non differunt actiones, eae sunt moraliter *indifferentes*; tunc ergo vel nulla adest bonitas, vel omnino par; nulla

A 5 adest,

adest, cum sola proferetur actionis notio, et a circumstantiis abstracta, ut nondum intelligi possit, an eius cunctaria quid admant, vel non admant de eo, quod per agentis essentiam fieri poterat.

LXIV. Nulla tamen actio libera singularis et in concreto considerata eo sensu est indifferens, ut nec bona sit nec mala; siquidem inter esse et non esse conueniens cum natura, medium quoddam relinquere repugnat.

LXV. Propterea vero indifferentia actionum objectiva, quae in aequali earum bonitate posita est, non negatur; quid enim vetat plures dari eiusdem rei causas, plura media ad eundem finem obtainendum aequidonea, et hinc aequa bona?

LXXVI. Nec plus euincunt aduersariorum argumenta. Quod enim aiunt: esse actiones liberas, quarum cunctaria ab ente finito praenuderi non semper possint, et has esse in concreto indifferentes, id verum non est; quia si ratio bonum vel malum cum actione copulatum perspicere nequeat, etiam actio eatenus libera non est.

LXVII. Corpus quoddam obligare, est, illud vinculis fortiter detinere; quod cum sit, adest vis ligans, vis quae ligatur, nexus constrictio, certa situs et positurae ratio, et tandem necessitas rei ligatae imposita ad illum modum et metam haerendi.

LXVIII. It que actus, quo vis quaedam corporea circumligatur, est *obligatio actiua*; necessitas vero tali corpori imposta, motus suos ad determinatum modum attemperandi *obligatio est passiua*; id secundum quod varia modum aequabilem accipere debent, et propositione enim modum enuntians, *norma* vel *regula* appellatur; quare posita obligatione actiua, etiam regula ponenda est.

LXIX. Iam facile comprehendimus, nec sine ligamentis obligationem actiuanam, nec sine obligatione actiua

actiua regulam ab ea pendentem intelligi atque definiri, haec omnia tamen sine remotioribus ligamentorum causis explicari posse. Regula actionum LEX latissime dicitur; id porro, quod in regula generatim, etiam in lege obtinet.

LXX. In actiones animalium arbitrarias nulla cadit necessitas physica; cadit tamen necessitas hypothetica; nam boni ac mali repraesentatio vinculum est, quo facultas appetitiua inferior ad aliquid accipiendum vel repudiandum adstringi potest; ex quo consequitur, ut copulatio elaterum seu stimulorum cum actionibus arbitriis, obligationis animalis actiue, propositio vero, quae hanc obligationem enunciant, legis animalis essentiam constituant.

LXXI. Si actiones arbitriariae sint simul liberae, necessitas hypothetica, quae in illas cadit, vocatur moralis. Igitur obligatio moralis actiua est, connexio veri boni, aut veri mali tanquam momenti cum actione libera; lex autem moralis, propositio moraliter obligatoria, et obligatio moralis passiva; Necessestas actiones liberas obligationi morali actiuae, legique conformandi.

LXXII. Subiectum obligationis moralis non sunt nisi ii, qui intellectus et voluntatis vsu praediti sunt, obiectum vero actiones tam a necessitate intestina, quam a coactione physica immunes.

LXXIII. Obligatio non est sine momentis, haec autem in eo consistunt, vt quis boni vel mali nexum cum actione cognoscere possit. Hoc qui efficit, legem promulgat; nulla ergo est obligatio aut lex sine promulgatione.

LXXIV. Legis partes duae sunt; vna determinat consecutaria tanquam motiva cum factis connexa; quae si bona sunt, praemia, si mala, poenae latissimo sensu vocantur; altera quid vi huius vinculi agendum vel omittendum sit enunciat. Prior est legis formale obliga-

*obligatio, sanctio, posterior meteriale, propositio, editum.*

LXXV. Qui motiu cum actionibus non connectit, sed alteri significat, ea sibi iam copulata videri, is *consilium* dat, persuadet, abhortatur. Itaque consilium per se non obligat.

LXXVI. Tam obligatio, quam lex in *uniuersalem, particularem, et singularem*, dein *interiorem, et exteriorem* abeunt. Porro obligatio est *inuitans, vel cogens, affirmativa, vel negativa; eique lex praemians, vel puniens, imperans, vel prohibens respondet.*

LXXVII. Et quoniam motiu crescere ac diminui possunt: ideo obligatio etiam et lex nunc *una et simplex* est, nunc *multiplex et composita*. Porro nunc *major, minor, fortis, debilis*; quare in obligatione et lege inuenitur *quantitas, magnitudo, atque mensura.*

LXXVIII. Vbi nulla obligatio est, ibi nulla est lex; quoties alicui facere quid vel non facere permittitur, obligationi subiectus non est, igitur non dantur leges permittentes, nisi ita illas nomines, quae ex pluribus mediis aequa bonis vnum indeterminatim et disiunctim praescribunt.

LXXIX. Lex bonum praecipit et malum vetat, eius ergo scopus est, vt bonum faciendo adipiscamur perfectionem, et malum fugiendo imperfectionem evitemus; quae vero mala iubent heri, aut bona omitti, legis nomen non attingunt.

LXXX. Qui conuenientiam actionis cum lege profine habet, is legem custodit; tunc igitur adesse debet via legum cognitio, dein conatus efficax ad eas implendas, remouenda impedimenta et captandam occasionem.

LXXXI. Contra violat legem, peccat, qui id facit quod vetitum, aut, quod praeceptum est, omittit: siue ob ignorantiam vincibilem, siue ob defectum voluntatis

tis efficacis, quae remedia implenda legis neglit, vel non tollit impedimenta, vel aptam occasionem non arripit, vel plane aduersam inuestigat.

LXXX. Actionum *Rectitudo* est illarum conformitas cum regulis, et quidem *moralis*, si actiones ad libertatem referantur. Huic opponitur *peccatum*. *Recta* igitur est *actio*, si intellectus et voluntatis adsit *consentiens* *vus*, secus est minus *recta*.

LXXXIII. Actiones rectae sunt *moraliter possibles*, *licitae latius*; minus rectae autem *moraliter impossibles*, *illicitae*. *Moraliter possibles* iterum sunt vel *moraliter necessariae*, *debitae*, vel *moraliter contingentes*, *permissoe*, *licite strictius*: vtraque haec *possibilitas ratione agentis est facultas moralis*.

LXXXIV. Omne id, quod conuenit seu bonum est, *iVS* dicitur. Et iam pro *attributo actionis*, iam pro *lege*, iamque pro *facultate morali usurpatu*, *tertia vero significatio* vel ad *ius stricte tale*, vel ad *ius permissiu* *num seu libertatem moralem pertinet*.

LXXXV. *Ius stricte tale* oritur ex *obligatione et lege aut praeceptiu*a, aut *prohibitiua*, *libertas moralis ex negatione legis*, sive *ex lege*, *vt aiunt*, *permissiu*; igitur omne *ius est quodammodo obligationi correlatum*, *vel in sensu aiente*, *vel in sensu negante*.

LXXXVI. *Vsum iuris*, sive *exercitationen* *faculta*  
tis *moralis*, *OFFICIVM nominamus*; et *reclum qui*  
*dem ex iure stricte tali*, *medium ex iure permissiu*o.

LXXXVII. Si *nexus motuorum cum actione cef*  
*fat*, *adest obligationis liberatio*, et *legi solutio*: et *qui*  
*dem vel totius aorogatio*, *vel partis derogatio*, *vel pec*  
*uliaris personae dispensatio*; itaque *vbi separatio mo*  
*tui ab actione fieri nequit*, *nec liberationi locus est*.

LXXXVIII. Quando *duae leges nec mutatae*, *nec alias contrariae*, *casu et euentu peculiari ita discrepant inter se*, *vt ambas conseruare sit impossibile*, *oritur legum COLLISIO*. Et hinc *necessaria est exceptio*, seu de-

determinatio vni legi congrua , alteri vero disconueniens propter collisionem ; sic autem institui debet , ut lex fortior debiliori semper praeferatur.

LXXXIX. Diuiditur lex ratione Legislatoris seu subiecti obligantis in diuinam et humanam , ratione obiecti , in quo versatur , in naturalem et positivam Naturae omnis a DEO pendet , itaque lex naturalis est etiam diuina ; positiva vero vel diuina vel humana .

XC. Argumenta , quae ad demonstrandam legum naturalium existentiam adduci solent , non eiusdem sunt ponderis ; qui enim ad communem populorum persuasionem , aut ad ideas innatas prouocant , id sumunt , quod in quaestione est . Qui vero ab hominum proclivitate nocendi atque potentia ad existentem normam concludunt , naturae legem negare potius , quam adserere videntur .

XCI. Melius quidem ratiocinantur , qui ex fine Dei eiusque Iure in homines Diuinae cuiusdam regulae necessitatem et existentiam colligunt ; verum regulam hanc esse naturalem propterea non euincunt , siquidem positiva esse posset .

XCII. Testantur alii ratos ordines et regulas mundi physici : nec iis porro mundum moralem carere posse arguunt ; dein in medium adferunt naturae stimulos , qui , quum nobis imponant necessitatem hypotheticam aliquid faciendi vel non faciendi ex ipsa nostra natura fluentem , naturalis legis existentiam satis demonstrant ; ast mechanica tantum et animalis est haec lex , non moralis atque hominum propria .

XCIII. Rem igitur ii conficiunt , qui docent esse momentorum cum actionibus nostris liberis connexiones , hinc esse obligationes et leges morales , quae , quoniam ex ipsa actionum essentia atque natura ductu rationis intelligi atque explicari possunt , sunt etiam naturales .

XCIV. Quamquam porro experimur naturales actiones

num

num consecutiones saepe aliis fortuitis euentibus debilitari; hominis tamen ratio cum ex ipsa natura DEI et huius vniuersi, tum ex naturali hominis et ad Deum et ad res alias relatione intelligit, aliam vel praemiss retributionem, vel pœnae deficientis mensuram esse expectandam.

XCV. Displicent non paucis datae supra obligationis et legis definitiones, quod nulla in iis fiat legislatoris mentio.

XCVI. Sed duae quaestiones sunt, quid res sit, ut vnde illa proficiscatur; neque opus est in effectus definitione etiam efficientem causam includere; quid? quod obligatio in interiore et exteriorem tunc diuidi amplius non posset.

XCVII. Nec propterea confundimus varias officiorum species, et multo minus concionatorum exhortationes, amicorum consilia, histrionum persuasiones, aut latronum minas; obligationum numero adscribimus.\*

## C A P V T III.

*De legum naturalium principiis, ac proprietatibus.*

XCVIII. Legum naturalium existentia et proprie-  
ties plenimam accipient lucem; si quibus illae le-  
ges principiis innitantur, detegamus.

XCIX. Ac principium quidem *essendi*, seu possibili-  
tatis *immediatum* in non repugnancia humanae na-  
ture, *mediatum* vero in ipsa diuini Numinis essentia  
reperitur.

C. Principium autem *existendi*, seu fieri proximum ab hominis essentia actu existente, et remotum est enim homini existere fortuitum atque contingens) a supremi Creatoris voluntate repetendum,

CI.

\* Cf. meam exercitat. *De obligatione, lege et iure.* &c.